

1511. a 15. Maj.

Sigismundus I. Rex Poloniae Capitaneis Ani.

74

Solliciti sumus, ut sub absentia Nra Regnum nostrum ex omni parte tranquillum sit, securitasque omnibus servetur, et majori qua fieri potest, diligentia curvetur, ne grassationes malorum hominum invalescent, et pacem communem domesticam conturbent justitiamque communem impediant, confidentes itaque de tua Sinceritatis fide et integritate, mandavimus Eidem, ut curet diligenter, quo in tuo Capiteate justitiam foveat, et malorum licentiam nemini parcendo, sub hac Nra absentia compescat, quodsi cuipiam aliquid mali per tua Sinceritatis incuriam acciderit, id totum tuae Sinceritati imputabimus. Et certa sit, quod indignatione Nra non carebit, pro diligentia revo, quam faciet, gratiam Nram merebitur. —  
Datum in Brevi Lithuaniae — 15. Maji 1511.



